



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XII. Altera synodus Francofordiensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

C A P V T X I I .

Altera Synodus Francofordiensis.

GAbito igitur rursum generali Concilio in Fran-
chenfurt, cui præsedit venerabilis Archiepiscopus
VVilgisis Moguntinus, vniuersit Archiepiscopi &
Episcopi, qui interfuerunt, numero * XXXVI. de-
bita cum veneratione priuilegium hoc sedis Apostolicae su-
scipientes, vnanimiter deuotis mentibus laudauerunt, & * scri-
bendum roborauerunt.

De supradictis verò parochiæ terminis ab Ecclesia VVir-
zeburgensi commutatis: ne qua fieret in posterum querela, vel
dubitatio, subiectam conscribi paginam fecerunt: cui subscri-
psit primo quidem ipse Heinricus VVirzeburgensis Episco-
pus, deinde eiusdem Ecclesiæ Præpositi, sive Presbyteri nu-
mero nouem.

C A P V T X I I I .

Litteræ Episcopi Heribopol. quibus confirmat
transactionem & iurium permuta-
tionem inter se & Henricum
Regem.

Huium sancte Dei Ecclesiæ fidelium tam presentium,
quam futurorum notitiam non latere desideramus, quali-
ter glorioſissimus Rex HEINRICUS, diuinæ vt credimus,
admonitionis ſtimulo compunctus, de prædiis, quæ Dei gra-
tia, hereditarioq; iure parentum, in ſue poffeſſionis dominium peruenearant,
Dei ſervitium augere, Epifcopatum conſtituendo, deſiderans; quo id legitime, rationabiliterq; fieri potuiffet, Heinricum venerabilem VVirzeburgen-
ſis Ecclesiæ prouisorem, quatenus quendam locum Babeberch nuncupatum
cum pago Raezengenum dictum, qui ad ſuę diocēſeos ſtatutum pertinere vi-
debatur, de ſuo iure in ſuum ius ad id perficiendum transunderet, ſtudioſe
capit flagitare.

+

C

Que

Alia Synodus
Franc. in qua
comprobatur
& recipitur
Bulla Pontifi-
cis. Do VVilli-
giſo lege Ser-
rum lib. 5. re-
rum Mogunt.
Fuit is primus
Elector inter
Moguntinos
Antipotes.
*XXX. VII. ſic
Apogr. Bamb.
*Subscribendo.
Sic Apogr.
Bamb. idem.